

**Rector Et Senatus Academiae Rostochiensis Civibus suis. S. Summus ille Historiarum iuxta & prudentiae Civilis autor Tacitus, Iulii Agricolae res in Britannia gestas descripturus ... Omnino nec nobis, quibus Academicae Iuventutissalus est concredita ... Pennalismus, compepsi debellariq[ue] potuerit ... P. P. Rostochii VII. Martii Anno M.DC.LXII. sub Sigillo Academiae magno**

Rostochii: Kilius, 1662

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn791007502>

Druck Freier  Zugang



Leges etc  
Academiae Rostochiensis

~~Universitäts-Archiv~~  
~~Rostock, Sign.~~ RIA 4

RIA 4

N. l. — 47. <sup>1-69.</sup>

2



SEINAWES  
 KOSTOCHENSIS  
 ROTOR  
 FI



17

RECTOR  
ET  
SENATUS ACADEMIÆ  
ROSTOCHIENSIS  
Civibus suis.  
S.


**S**ummus ille Historiarum juxta & prudentiæ Civilis autor Tacitus, Julii Agricola res in Britannia gestas descripturus, non aliud adversus validissimas gentes fuisse pro Romanis utilius scribit, quàm quod in commune non consulerent: sic enim factum, ut, dum pugnarent singuli, Universi vincerentur; Omnino nec nobis, quibus ACADEMICÆ JUVENTUTIS salus est concredita, quicquam magis haecenus obstiterit, quo minus Hydra illa Lernæa ex ipso quasi Orco propullulans, PENNALISMUS, compefci debellariq; potuerit. Quod cum vel tandem omnium ferè Academicarum PROCERES animadverterent, nullum scilicet pro stabiliendâ DISCIPLINÂ ACADEMICA, & barbarie istâ atq; crudeli in innocentes grassandi more penitus tollendo atq; eradicando superesse remedium, quàm ipsam Academicarum CONCORDIAM, proindè incomparabili Zelo summoq; consensu in illam coivere sententiam, communem hanc atq; terribilissimam pestem, quæ haecenus Academiâ nostras & infamavit tantopere & afflixit, ut vix umbra veteris nominis Academici superesse videatur, funditus ac radicitus extirpandâ pariter ac exterminandâ. Quicquid enim his annis libidine, quicquid fraude, quicquid scelere peccatum est, ex atro illo fonte scitote profluxisse. Fecit hoc ipsum Academia LIPSIENSIS, WITTEBERGENSIS, SALANA, JULIA, GIESENA, ALTORFINA; Facimus idem & Nos præsentem hoc Programmata, & quod DEUS felix faustumq; esse jubeat! PENNALISMUM, omnesq; actiones Scholasticas unâ cum Collegiis Nationalibus, utpote mali hujus Academici scaturiginibus, fulcris & fomentis, ex hoc nostro ATHENÆO BALTHICO proscribimus, profligamus, & ad Garamantas usq; relegamus, omnibusq; Civibus nostris Veteranis seriò injungimus, ut non solum titulis illis Seniorum & Fiscalium abstineant: sed rem quoq; ipsam & munus vitiosum nunquam deinceps resumendum deponant, Libros Statutorum Nationalium & Sigilla intra triduum nobis offerant, nullum in primùm adventantes sibi imperium sumant, multò minus illos ad servitia qualiacunq; præstanda cogant, aut ulla ratione divexent, nec pecunia emungant, ad symposia deducant, aut alio quocunq; modo suum quasi sub jugum retrahant: sed solius ACADEMICI MAGISTRATUS inspectioni, correctioni, & animadversioni eos relinquunt: Novitios verò Studiosos in hac nostrâ Universitate jam præsentem & imposterum adventuros jubemus, ut petulantiam omnesq; foedos brutosq; mores & sui similibus exagitationes, quibus haecenus tam in locis sacris & publicis, quàm aliis privatis congregationibus se totumq; ordinem literatû turpiter prostituere non erubuerunt, seponant, nulli COLLEGIO NATIONALI se mancipent, ad servitia nulla cuiquam se submittant, nec amplius ad instar mendicorum, furiosorum, carnificum aut à milite exspoliatorum, vestitu lacero, nihilq; honestatis præ se ferente incedant: sed vel, quibus apparatus vestitus elegantioris in promptu erit, STATIM, vel, qui ad huc deo destituuntur, INSTANTE PASCHATO FESTO talè habitum assumant, quâli modestiores Studiosi veterani utuntur. Novimus præclaros animos, quibus non pauci vestrum, O Studiosi Juvenes! nobilitantur, qui etiam effecere, ut sponte Vincula Nationalia dissolvere, & sic publicationem hujus nostri Programmatum abrogatorii antevertere voluerint. Quod equidem institutum meritò laudamus, & cæteros ad meliorem frugem vel sociorum suorum exemplo deducendos facile speramus. Quod si tamen erunt, qui, nec DEI, nec propriæ Conscientiæ Salutisq; rationem habentes, huic nostro Mandato non sint ilico parituri, horum petulantiam & inobedientiam juxta Leges propediem publicandas tantâ compefsemus severitate, ut Disciplinæ Legumq; nostrarum Custodes & Executores nos esse & ipsi & alii intelligant. Valet. P. P. Rostochii VII. Martii Anno M. DC. LXII. sub Sigillo Academiae magno.

ROSTOCHII,  
Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr.







LIBRARY OF THE  
UNIVERSITY OF  
ROSTOCK













quam deinceps resumendum deponant, Libros statutorum Nationalium & *minus illos ad servitiam* qualiacunq; præstanda cogant, aut ulla ratio in primùm adventantes sibi imperium sumant, multò *minus illos ad servitiam* qualiacunq; præstanda cogant, aut ulla ratio ne divexent, nec pecunia emungant, ad symposia deducant, aut alio quocunq; modo suum quasi sub jugum retrahant: *Novitios* verò *Studiosos* sed solius ACADEMICI MAGISTRATUS inspectioni, correctioni, & animadversioni eos relinquunt: *Novitios* verò *Studiosos* in hac nostrâ Univerſitate jam præſentes & imposterum advenuros jubemus, ut petulantiam omnesq; foedos brutosq; mores & sui familiam exagitationes, quibus hæctenus tam in locis sacris & publicis, quàm aliis privatis congregationibus se totumq; ordinem literatū turpiter prostituere non erubuerunt, seponant, nulli COLLEGIO NATIONALI se mancipent, ad servitiam nulla cuiquam se submittant, nec amplius ad instar mendicorum, furiosorum, carnificum aut à milite exspoliatorum, vestitu lacere, nihilq; honestatis præseferente incedant: sed *vel*, quibus apparatus vestitus elegantioris in prompta erit, STATIM, *vel*, qui adhuc eo destituuntur, INSTANTE PASCHATOS FESTO talē habitum assument, quæ li modestiores Studiosi veterani utuntur. Novimus præclaros animos, quibus non pauci vestrum, O *Studiosi Juvenes!* nobilitantur, qui etiam effecere, ut sponte Vincula Nationalia dissolvere, & sic publicationem hujus nostri Programmatis abrogatorii antevertere voluerint. Quod equidem institutum meritò laudamus, & cæteros ad meliorem frugem vel sociorum suorum exemplo deducendos facile speramus. Quod si tamen erunt, qui, nec DEL, nec propriae Conscientiæ Salutisq; rationem habentes, huic nostro Mandato non sint illicò parituri, horum petulantiam & inobedientiam juxta Leges propediem publicandas tantâ compescemus severitate, ut Disciplina Legumq; nostrarum Custodes & Executores nos esse & ipsi & alii intelligant. Valet. P. P. Rostochii VII. Martii Anno M. DC. LXII. sub Sigillo Academiæ magno.



ROSTOCHII,  
Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr.



L. S.

3